

LECTIO IV.

VULTIS Sanguinis Christi audire virtutem ? redeamus ad ejus exemplum, et priorem typum recordemur, et pristinam scripturam narremus. In Ægypto, nocte media, Ægyptiis Deus plagam decimam minabatur, ut eorum primogenitum ejus populum detinebant. Sed ne amata plebs Iudaorum una cum illis periclis taretur, quia unus locutus continebat universos, remedium discretionis invenitum est. Proinde exemplum mirabile, ut discas in veritate virtutem : Ira divinae indigationis sperabatur, et domos singulas mortifer circuibat. Quid igitur Moyses ? Occidite, inquit, agnum anniculum, et sanguine ejus linte jannus. Quid ais Moyses ? Sanguis ovis rationalem hominem liberare consuevit ? Valde, inquit; non eo quand sanguis est, sed quia Dominici Sanguinis per eum demonstratur exemplum.

r. In timore incolatus vestri conversamini : * Scientes quod non corruptilibus auro vel argento redempti estis.

v. Sed pretioso Sanguine quasi agni immaculati Christi.

Scientes quod.

LECTIO V.

NAM sicut Regnantium statuae quæ sine causa sunt et sermone, nonnunquam ad se confugientibus hominibus, anima et ratione decoratis, subvenire conseruerunt, non quia sunt ære confectæ, sed quia retinent imaginem principalem ; ita et sanguis ille, qui irrationalis fuit, animas habentes homines liberavit : non quia sanguis fuit, sed quia hujus Sanguinis ostenderat adventum. Et tunc Angelus ille vastator, cum linitos postes atque aditus pervideret, transjecit gressas, et non est ausus intrare. Nunc ergo si viderit inimicus, non postibus impositum sanguinem Typi, sed fidelium ore lucentem Sanguinem veritatis Christi templi postibus dedicatum, multo magis se subtrahet. Si enim Angelus cessit exemplo, quanto magis terebitur inimicus, si ipsam perspexerit veritatem ? Vis et aliam hujus Sanguinis scrutare virtutem ? Volo ; unde primum concurrit inspicias, et de quo fonte manavit. De ipsa primum Cruce processit : Latus illud Dominicum initium fuit. Mortuo enim, ait, Jesu, et adhuc in Cruce pendente, approximat miles, latus lancea percussit,